



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 29. Aliorum Principum atque Illustrium extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII A. C. 1696. proclamatus est: duabus postea horis in Saxonæ Electorem centum quinquaginta Nobiles sua contulere suffragia, qui etiam a Cujavensi Episcopo die decima quinta Septembris promulgatus, sensim accedentibus æmulis, sceptrum sibi asseruit, ceteris Competitoribus eo acceptior, quo potentior, & bellica fortitudine clarior, magisque alienus a Lutherana secta, quam ante biennium Romam profectus in manibus Christiani Augusti Saxo-Citiensis Ducis Episcopi Jaurinensis ejuraverat.

§. XXIX.

Aliorum Principum atque Illustrum extrema.

Præter hunc eodem hoc anno die vigesima quinta Februarii Joannes Alexiovicius olim Magnus Moscoviæ Dux vivere desiit in quodam Monasterio, ad quod ob mentis imbecillitatem detrusus, ibidem octo annos transiit, relicta Regiminis cura fratri suo natu minori Petro Alexiovicio, qui hoc anno post diuturnam cruentamque obsidionem Turcis Asaffium eripuit. Hunc fatali mortis necessitate die decima septima Maij sequebatur Mariana Austriaca Ferdinandi III. Cæsaris Filia, ac Philippi IV. Hispaniæ Regis uxor, quæ

quæ post mariti sui obitum diu Regnum
 non sine multis laboribus & fastidiis ad-
 ministrabat, tandem vero resignatø in
 Carolum II. Filium suum scepro ex Aula
 Madritensi Toletum concessit, ubi inter
 præclara pietatis opera prudens Regina
 mundo valedixit, annos nata sexaginta
 duos. Decessit quoque die nona Se-
 ptembris Eleonora Ertmundis Joannis
 Georgii IV. Saxonix Electoris Vidua
 conjux: Versaliæ autem obiit Elisabetha
 Joannis Baptistæ Gastonis Ducis Aure-
 lianensis Filia, necnon Maria Theresia
 filia Leopoldi Cæsaris, & Casimirus
 Nassoviæ Princeps: præter hos quoque
 naturæ debitum solverunt Albertina
 Friderici Henrici Principis Nassoviensis
 Filia & Sophia Carolina Citiensis
 Princeps.

æc. XVII.
 A. C. 1696.

§. XXX.

*Varix Innocentii XII. Pontificis Con-
 stitutiones.*

Motis subinde dubiis ac controversiis
 ad Sacram Sedem devolutis In-
 nocentius XII. Pontifex Maximus, va-
 rias edidit Constitutiones, ac præpri-
 mis, cum in Anglia Patres Benedi-
 ctini, eo quod primi hoc Regnum ad
 fidem Catholicam revocassent, ac pro-
 pterea magnis a Sede Apostolica privi-
 legiis